

APPENDIX.

17

capti fuerunt, & conducti usque ad foramen; & multas pecunias ab eis extorquebant, si volebant exire. Tandem pax orta est inter amicos, & inimicos, videlicet D. Patriarcham, & amicos D. Federici, & cum filii suis videlicet S. Tristano & S. Franciscus de Savorgnano; & per consilium eorum venit Utinum. Et post paucum temporis spatium interemptus est in Castello ante portam Castelli Utini in M. CCC. XCIV. die XII. Octobris, & sepultus in Utino in Ecclesia Majori ante altare majus, clam & in nocte, absque Sacerdotibus, in sepulcro olim Patriarchae Nicolai.

Extincto Johanne successit Antonius de Gajeta Patriarcha Aquilegensis. Qui ab ordinatione sua usque ad recessum ejus sedid annis VII. Qui, cum non esset sanus in corpore, tamen sanus consilii & conscientiae. Mammas mulierum sugebat propter infirmitatem, quam habebat. Iste idem Patriarcha fecit se portare trans Lufonium, in quibusdam desertis, ubi erant raptore, vipeleiones, latrones, qui saepius veniebant in Forumjuli præ datum; & homines capiebant, & ipsos ad speluncam eorum ducebant; & imponebant eis impositionem, & postea dimitebant eos; interdum moriebantur ibi. Qui cum illuc venisset cum omnibus regis, quæ debent Domino servire secundum temporis necessitatem, prout moris Patriæ, ipsos malendrinos, fortilitia & propugnacula eorum existentia in nemoribus, in montibus excelsis, sive in cavernis, totaliter destruxerunt, & flammis ignium tradiderunt. Et de cætero per magnum tempus Forumjuli non visitaverunt. Non multum post idem Patriarcha fit exsus fere omnibus hominibus, eoquod ipse erat nimis avarus, & non expendebat large, sicut Prædecessores sui. Vescebatur lactucis crudis, & oliveribus cum aceto & sale, & non dabat aliquod lucrum mechanicis, sed solummodo accumulabat pecunias. Habens autem plenam bursam, videlicet LX. millia Ducatorum, & ultra, cepit iter suum paulatim, & venit Rōmam, promittens redire, & non reedit. Et ibi factus Cardinalis Aquilegensis.

Antonius de Portu-gruario Patriarcha Aquilegensis, venit Aquileiam, sive applicuit in M. CCC. II. die VIII. mensis Aprilis, & celebavit Missam suam novellam eodem anno in die S. Luca Evangelista; & frater ejus S. Nicolaus Claudius eodem die duxit uxorem de la Frattina. Nam ante idem Antonius erat Episcopus Concordiensis, & erat valde dilectus Papæ Bonifacio VI. (IX.) eoquod ipse fuerat servitor ejus; & ideo post recessum supradicti Antonii Gayetani, elegit eum cum voluntate & consensu fere omnium Castellanorum, Civium, Dominorum, Praetatorum, omniumque hominum in Patria existentium; & misit eum ad partes Forijulli. Ipse fuit lætanter, atque gratanter receptus: & ei obedirent, usque dum voluerunt. Sed non post multum temporis spatium, aliqui Civitatenses indignati sunt, spernentes eum, atque dicentes: cuius filius est iste? Ubi est nobilitas ejus, ubi milites? Et sic fremebant, & stridebant dentibus, & dicebant: hic non facit iustitiam, nec judicium tenet; quare ergo debemus ei obedire, ex quo non potest facere iudicium & iustitiam? Sed quid plura. Isti omnes adversarii & rebelles ligant & unionem invicem fecerunt, mittentes edicta litterasque Domino Apostolico, querimoniam super eo faciendo, false eum accusando in multis; rogantes Dominum Apostolicum, ut privaret eum, & alium eis daret Patriarcham. Quibus auditis & intellectis, eumdem Patriarcham citari fecit sub

Tom. II.

pœna decem millium Ducatorum, quod si non compareret infra decem dies coram Domino Papa, quod ipse esset privatus a Patriarchali dignitate. Sed ad petitionem illorum Civitatenium & collegatorum eorum, dedit eis unum Patriarcham, similiter nomine Antonium, qui extiterat Episcopus Concordiensis. Qui Antonius veniens cum eodem Papa Gregorio, sive Errorio, & merito Errorio, quia toti mundo errorem contulit. Et venerunt in Civitatem Austriae. Aptonius receptus est in Patriarcham eorum. Largitus est Patriarcha Antonius de Portu-gruario Utinensisbus censem & proventus respondentes Panipæ Patriarchali Civitateni: & ipsi Utinenses cumdem censem, & proventus, seu affictum largiti sunt illi Antonio Patriarchæ eorum Civitatenium. Quod censem ascendit ad summam mille Ducatorum, & sic fungebantur de afflictibus propriis, & eorum Patriarcha. Hic nota, quod quando Patriarcha Antonius de Portu-gruario vidit se ita accusatum, antequam Papa Errorius veniret ad partes Forijulli, misit litteras & nuncios, excusando se. Qui Papa nolens audire litteras, nec nuncios intelligere, misit eum iterum privari, eoquod personaliter non comparauisset coram eo. Sed divina potentia favente, illo anno omnes Principes, omnes Barones, & omnes Magnati, similiter & omnes Praetati totius mundi climatis, uniti sunt ut generale fieret colloquium in Civitate Pisarum super facta schismatis dudum regnantis temporibus præteritis, videlicet fere XXXII. annos. Et factum est, ut Papa Gregorius qui putabatur verus Pastor, & Benedictus qui putabatur Antipapa, uterque deponeretur; & eligi deberet unus, qui totius Orbis esse debeat verus Rector & pastor. Appropinquante termino, videlicet in Annunciatione B. Mariae Virginis, omnes ambassatores omnium Principum, omniumque Praetatorum convenerunt ad prædictam Civitatem Pisarum, quorum numerus fuit usque ad summam XX. millium. Qui cum omnes ibidem convenissent, Gregorius retrocessit, nec voluit comparere synodo. Sed verso tergo venit ad partes Forijulli ad Civitatem Austriae in die Pentecostes cum quibusdam Cardinalibus, & aliis de gente Regis Apuliae, & aliis multis Furlanis, & Transalpensis, omnibus rebellibus D. Patriarchæ Antonio de Portu-gruario. Ibi stetit, & in magna reverentia colebatur ab eisdem; & stetit in Civitate Austria usque ad Nativitatem S. Mariae Virginis. Et recedente eo cum gente sua, & aliis quibus Cardinalibus, non multis, sed tantum duabus, gentes, sive stipendiarii D. Patriarchæ & Utinensium inseparabiles, eosque capiunt, morti tradunt, omnia bona eorum auferunt, Papa vero evasit solus cum quibusdam. Cæteri capti & deprædati fuerunt omnibus bonis eorum; & volunt dicere aliqui, sive dicunt, quod idem Papa amiserat, omnibus computatis, plusquam LX. milia Ducatorum. Et transfretavit usque ad Apuliam, & ibi permansit cum auxilio Regis Apuliae. Eo anno, & M. CCC. IX. circa Festum S. Johannis Baptiste, Cardinales, qui tunc erant Pisis, cum consenuerunt & voluntate & deliberatione omnium, qui ibidem convenerant, elegerunt in Summum Pontificem quendam Cardinalem, qui prius extiterat Archiepiscopus Mediolanensis, cui impositum est nomen Alexander. Qui Alexander, postquam electus est in Papam, privavit omnes adhaerentes Errorio, & ei obedientes. Similiter excommunicavit Errorium, & Benedictum, & omnes tenentes hæresim eorum. Antonium vero Patriarcham confirmavit in pristinum statum, seu in

sacerdotem Pa-

M. 2 adhuc * Et nemo habebat eum regne tenet, sed prope a. 2. adhuc Aprilie.

Varia

3o Ruber v col. 17^a:

- a) Cristano h. ex dicto sea. b) consilium h. c) castello h. d) castelli h. e) XIV L.
- f) hospitores L.; resp. h. g) et impostoribus h. h) h. l.
- i) Forumjuli h. k) folioribus L. l) dabatur h. m) h. n) h. o) h. p) h. q) h. r) h. s) h. t) h. u) h. v) h. w) h. x) h. y) h. z) h.
- o) Agnacian L. p) mas. oot. Aps. h. q) Fratice L. r) Cor. ex VI L. s) Thos h.
- t) Gaietani h. t) on. L. u) foliorumque oniam hon. h. v) Portolenses ad. M. 1
- w) Enim h. i) cauas en iste filas? h. x) pellitris er L.; on. Ruber. y) on. h. z) on. h. y) nec - institutum on. L. 3) legent L.
- g) mitente h.

3o Ruber col. 17^b:

- a) on. L. b) Antonius L. c) can eccl. hec. h.; a. 2. L. d) quoniam L.
- e) Austriae L. f) ex A. 1. ex - Vare. on. Ruber. g) Vachan h. i) castor
- L. claram ex. L.; censem deas h. i) person h. k) effectus h. l) Vachis - longit. sanc. on. Ruber. m) cor. L. n) 2. L. o) 2. L. p) 2. L. q) 2. L. r) 2. L.
- s) hospit. h. p) on. L. q) cor. hec. L. r) magistr. L. s) gaerken L. t) virilem L.
- a) strige L. v) deponeretur h. w) pastor d. L. x) imbarcatores M. y) baristores L.
- y) translatio L. z) inscultur h.
- a) soharto L. b) on. L. c) obiguel L. d) MCCXII Ruber ej. Pise L. f) obiguel L.
- g) cor. hec. L. h) ren. h. i) patriarcha Antonius on. L.